

nullus inquam hereticus dixit. Nā gemitus ex dolore est qui ad miseriam pertinet. Et ideo exponendum est, Postulat, id est, postulantes nos facit, sicut & Gen. 22. Nunc cognouit quod timeas dominū, id est, cognoscere feci. Facit autem spiritus sanctus nos postulare in quantum in nobis recta desideria cauat. Nam postulatū est quadam desideriorum explicatio. Desideria autem recta ex amore charitatis proueniunt quam in nobis, scilicet facit. supra quinto, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Spiritus autem sancto dirigente & instigante cor nostrū & nostra desideria non possunt esse nisi nobis uilia. **Esaia. 4.** Ego dominus docens te uilia. & ideo subdit, Pro nobis. Eius autem quod multum desideramus & desideranter petimus, dilationem cum dolore & gemitibus patimur. & ideo subdit, Gemitibus, quos scilicet in corde nostro cauat, in quantum scilicet nos facit caelestia desiderare que differuntur. Iste est gemitus eorum hęc, quem scilicet in nobis facit. **Num. 2.** Minabatur gementes ut columbæ. Dicit autem, Inenarrabilibus. aut quia uult propter rem inenarrabilem, scilicet caelestem gloriam. **2. Corinth. 12.** Audiuit archana uerba que nō licet homini loqui. Aut quia ipsi motus cordis insufficienter enarrari non possunt, secundum quod a spiritu sancto procedunt. **Iob. 38.** Quis enarrabit cælorum rationem? **¶** Deinde cum dicit, (Qui autem scrutatur &c.) ostendit efficaciam auxilij quo spiritus sanctus nos adiuuat dicēs, Qui autem scrutatur corda. i. deus cui proprium est corda scrutari. **Psal. Scrutans corda & renes deus.** Dicitur autē deus scrutari corda non quod inquirēdo oculis cordis cognoscat, sed quia manifestē scit ea que i corde latent. **Sopho. 1.** Scrutabor Hierusalem in lucernis. **Deus inquam scrutans corda scit. i.** approbat secundum illud. **2. Thi. 2.** Nouit dominus qui sunt etus. Quid de fidei spiritus. i. quid desiderare nos faciat. **ps. Domine ante te omne desiderium meum.** Ideo autem desideria spiritus que in sanctis facit spiritus sanctus sunt deo accepta: quia postulant pro sanctis. i. postulare eos facit secundum deū, id est, quod conuenit diuino beneplicito. **Prouer. 10.** Desiderium iustorum omne bonū in cuius exemplum dominus patri dicebat, Non sicut ego uolo, sed sicut uis. **Mat. 26. ¶ Lectio v. i.**

Cimus autem quonia diligem

S tibus deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundū

propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

¶ Ostendit supra apostolus quod spiritus sanctus adiuuat in infirmitatibus præsentis uite. quia in ad impletionem nostrorum desideriorum, hic ostendit qualiter nos iuuat quantum ad exteriores euentus dirigendo in bo-

num nostrū. Et primò proponit quod intendit. Secundò probat propositum, ibi, (Nam quos præsciuit &c.) Tertiò infert quadam conclusionem, ibi, (Quis ergo separabit nos &c.) Circa primum duo cōsi deranda occurrunt. Primò quidem magnitudo beneficij quæ nobis à spiritu sancto confertur, ut scilicet omnia nobis cooperentur in bonum. Ad cuius euentum considerandum est quod d quicquid fit in mundo etiam si malum sit, cedit in bonum uniuersū: quia ut Augustinus dicit in enich. Deus est à deo bonus, quod nihil mali esse permitteret nisi esset à deo potens quod ex quolibet malo posset elicere aliquod bonum. Non autem semper cedit malum in bonum eius in quod est, quod sicut corruptio unius animalis cedit in quod est in bonū uniuersū in quantum per corruptionē unius generatur aliud nō tamē in bonum eius quod corrumpitur: quia bonū uniuersū est à deo uolunt secundum se, & ad ipsum ordinatur omnes partes uniuersū. Et eadem ratio esse uidetur circa ordinem nobilissimum partium ad alias partes, quia malum aliarum partium ordinatur in bonum nobilissimum. Sed quicquid fit circa nobilissimas partes non ordinatur nisi in bonum uniuersū de eis propter se cura habetur de alijs autem propter ipsas: sicut medicus in firmitatem pedis sustinet, ut curet caput. Inter omnes autem partes uniuersū excellunt sancti dei: ad quorū quælibet pertinet quod dicitur **Mat. 5. super omnia bona sua constituit eum.** Et ideo quicquid accidit vel circa ipsos, vel alias res totum in bonum eorum cedit: ita quod uerificatur quod dicitur **Prouerb. 11. Qui stultus est seruet sapienti, quia. s. etiam mala peccatorum in bonum iustorum cedunt.** unde & deus specialē curam de iustis habere dicitur, secundum illud **Psal. Oculi domini super iustos, in quatuor. s. sic de eis curat quod nihil mali circa eos permittit quod non in eorum bonum conuertat.** Et hoc quidem manifestum est quantum ad mala peccata quæ patiuntur. unde in glōsa dicitur quod ipsorum infirmitate exercetur humilitas, afflictio patentiæ, cōtradictio sapientiæ, odio beniuolentia. unde. **1. Pet. 3. Si quid patimur propter iustitiam beatam. ¶** Sed nunquid etiam eis peccata cooperantur in bonum? Quidam dicunt quod peccata non continentur sub hoc quod dicit oia quia secundum Augustinum, peccatum nihil est, & nihil faciunt homines cum peccant. Sed contra hoc est quod in glōsa sequitur. Vique adeo talibus deus omnia cooperantur in bonum, ut si qui horum deuant & exoribant etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, unde & in **Psalmo** dicitur, Cum ceciderit iustus non collidetur: quia dominus supponit manum suam. Sed secundum hoc uidetur quod semper tales in maiori charitate resurgat, quia bonum hominis in charitate consistit, si non habeat apostolus se nihil esse recognoscit. **primæ Corinthiorum. 13. ¶** Sed dicendum est quod bonum hominis non solum consistit in quantitate charitatis, sed præcipuè in ipsius perseverantia usque ad mortem, secundum illud **Matthai. 24. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit.** Ex hoc autem quod dicitus cadit resurgit cauior & humilior. unde in glō. subdit, postquam dixerat quod hoc ipsum faciat eis in bonū proficere: quia sibi humiliores redeunt atque doctores. Dicit enim cū tremore se exultare debere: non quasi atrogando sibi rāquam de sua uirtute fiduciam permanentem. ¶ Secundò oportet considerare quibus hoc beneficium competat. Circa quod primò attenditur aliquod ex parte hominis eum dicit, Diligentibus deum. dei enim dilectio est in nobis per inhabitantem spiritum, ut habitum est supra secundo. Ipse autem spiritus sanctus est qui nos dirigit in uitam rectam, ut dicitur in **Psalmo.** Unde dicitur **1. Petri. 3. Quis est qui uobis necat si boni & imitatores fueritis? Et Palamita, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.** Et hoc rationabiliter

Quicquid fit in mundo cedit in bonum uniuersū etiam peccata.

Spūs sanctus nos dirigit in exteriores mouētibus in bonum nostrū.

Bonū hoīs non in sola charitate, sed maxime in perseverantia charitatis usque ad mortem